Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Iunius 1563

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

IVNIVS

ANNO

M. D. LXIII

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Maximilianus &c.

92 Honorabiles fideles, nobis dilecti. Delatum est ad nos Bernardinam Simonetti Bergomensis quondam Vxorem, cum propter egestatem ei procuratorum Aduocatorumue operam in Iudicio nemo impendat, Iuriū suorum obseruatione hucusq; frustratam misere affici. Quamobrem si res ita se habet, ut ei dignos vrō munere Iudices et protectores uos praebeatis, atq; ut illam primo quoq; tempore in tamdiu inaniter sperata Iurium suorum conseruatione tandem obtinenda sedulò iuuetis, uobis clementer iniungimus. Id quod et uestrum à Vobis exigit officium, et nostrae etiam uoluntati consentaneum est in primis futurum. Dat. Viennae 3 Iunij Anno M.D.LXIII°.

Ad Franciscū Barbo et ad Iudices Terrae Fluminis S. Viti. Vt pernardinā Simonetti Bergomensis quondā Vxorē ~~dignos~~ se in Iuriū conseruatione dignos pbeant Iudices et ptectores.

Maximilianus &c.

93 Andreas Antonius I.V.D. Vir probus et doctus è Polonia, quo à Serenissimo illic Rege, fratre et consanguineo nrō chariss.mo uocatus, (Sub spe licentiae Venerabilis Adami Konarsky nominati Epi Chelmensis Secretarij ac eiusdem Regis Poloniae in Neapoli Agentis interuentu, à T. Dil. uti suo legitimo Magistratu consequendae.) se contulerat, eidem Regi opā

et suam expetenti addicturus, nisi in eo T. Dil.tis con-
sensum obstare intellexisset, reversus, patriam Neapolim
cum Repetat, atq; ne quid hanc ob causam Dil.o Tua
ab ipso nonnihil alienata esset reddita, dubitet, à no-
bis demissis p̄cibus petyt eiusmodi sibi cōmendatio-
ne apud Dil. Tuam adesse, qua sibi et pristina T. D.nis
beneuolentia concilietur, et liberè absq; ullo pericu-
lo patriam redeundi licentia impetretur; Moti itaq;
non iniqua eius petitione nos primum commendatū
T. Dil.ti ipsum maiorem in modum cupimus: Deinde
ut eum istuc redeuntem benignè ferat, atq; ita tractet,
ut in nr̄a authoritate et cōmendatione non frustra
tantum sibi spei collocatum esse, atq; nos abs te haud
uulgariter amari atq; obseruari suo is cōmodo sentiat.
In eo cum liberalem suum animū T. Dil.o egregiè testa-
bitur, tum rem nobis inprimis gratam faciet, ex qua
nostra etiam in eam Beneuolentiæ non parum accedet.
Viennæ 4 Junij Anno ꝑ M.D. LXIII.o

Ad Vice Regem Neapolitanū Vt Andreā Antoniū cōmendatū habeat
et istuc redeuntē benignè ferat

Maximilianus &c

Accersitus à Serenissimo Rege Poloniæ fratre et con-
94 sanguineo nr̄o charissimo (ut ad nos scribitur) do-
ctrina Rerumq; peritia eximius Joannes Palumbi

I.V.D. in Poloniam profectus cum esset, sua et ei Regi dicaturus obsequia, siquidem bona id venia T.ae Dil.nis ut legitimi sui Magistratus fieret, de qua venia prius impetranda spes ei certa abeunti erat data à Venerabili Adamo Konarsky nominato Epo Chelmensi Secretario eiusdem Poloniae Regis in Neapoli: Comperijt tandem eã licentiam à T. Dil.tio obtineri non potuisse, Itaq; Regi illi nondum addictus, quod officij sui esse agnoscebat, nihil prius habuit, quam ut, redita in patriam suscepto T. D.ni pro sua singulari in eam obedientia iterum se sistat. Verum, ne ex illo suo abitu T. Dil.tio offensa nonihil esset, subueritus, nostra se comendatione in pristinam T. Dil.nis gratiam reduci, qua tn indignum à se nihil commissum esse confidenter sperat, supplex orauit. Itaq; eius nos hois aetate admodum confecti, atq; adeo aegre extra patrium solum agentis sortem miserati, cum pterea vir probus et eruditione, multoq; rerum usu pstans nobis pdicetur etiam atq; etiam à T. Dil.ne petimus, ut ei, se non minus quam antea beneuolum, placatumq; redeunti pbeat, atq; tuto immuniq; ab omni indignationis tuae periculo istic esse pace eiusdem T. Dil.nis liceat. Erit id et tuae Dil.. humanitate dignum, et nobis magnopere gratum quod re quoq; cum occasio feret libenter comprobabimus. Viennae. 4 Junij Anno. 63°.

Ad Vicerege Neapolitanum

Ut se Joanni Palumbae illo redeunti beneuolũ placitumq; pbeat.

Maximilianus &c.

95 Ex Deuot. V. ad nos pleni officio et obseruantia lris. 22. superioris mensis, una cum scripto, Abusus circa Sacramentum ordinis Patribus Concilij propositos continente datis, q̄ nunc quidem in Concilio agantur abundè accepimus: quibus in lris cum eiusdem Deuot. antiquum nobis obsequendi studium ualdè gratum; tum ea quae nos hoc tempore potissimum isthinc expectabamus intellexisse peropportunum planè fuit. Quapropter si porro et nobis singula, q̄ istic digna memoratu intercident V. Deuot. perscribet, (id quod clementer ab ipsa expetimus) et diligentia officiumq̄ erga nos eiusdem Deuot.ris et nra erga eā Benignitas multum augebitur. Viennae. 8 die Junij Anno M. D. LXIII°.

Ad Epum Quinquecclesiensem. Tratum de Concilij rebus scriptarū recepisse

Maximilianus 21.

XXIV. 96) Quam ~~huius~~ hucusq̄ constantem in obsequio et obseruantia tua deferenda nobis uoluntatem p̄stitisti, eam porrò ex binis tuis lris XV. et XVIIII superioribus mensis datis p̄clarè testatum benignè admodum accepimus, p̄cipuè uero illud nobis cumprimis abs te gratum accidit. quod de legatione nra ad

Summū Pont. instituenda indesinenter cogitantibus sedulitate tua, et officio tam grauiter nobis adsis. Itaq; ad id q̄ adhuc Nobis desiderantur, tua maxime industria breui Nos consequuturos speramus. Cæterū quod inter alia cōmemoras, ab Illustrissima Lotharingiæ Ducissa in negotio Tullensis Ciuitatis apud Pont. Max. Sdtagendo tuam et operam esse petitum, cum id in Imp̄ij præiudicium non adeo parum uergat, sanè haud uellemus in eo abs te quicq; suscipi, quemadmodum ab ipsa quoq; Sac. Rom. Cæs. M^te Dn̄o et patre nr̄o obseruandissimo admonitum te fore arbitramur: Quod reliquum, pristinæ nōæ in te benignitatis declarandæ occasionē, cum erit, minime p̄termittimus Datæ Viennæ 8 Junij 1630.

Ad Comitem ab Archo. Binarū Crap. de Legatione Romana et de negotio ~~Tullen~~ Ill. Ducissæ Lotharis ~~Ciuitatis~~ giæ tcū Tullensis ciuitate, Recepisse

Maximilianus. (97) Omnibus et singulis Nr̄is et Sacri Rom. Imperij Subditis, et fidelibus omnibus, item Exteris dominijs et potentatibus, cuiuscunq; demum status aut dignitatis, ad quorum manus hæ nr̄æ literæ peruenerint, amorem, beneuolentiam, et gr̄am nr̄am Regiā, amicè et clementer deferimus &c. Et quia duas cistas uiloso nigri coloris serico onustas, q̄ unius est Jumenti farcina, fidelis nr̄i dilecti Nicolai Lombardi Ciuis Mediolanen. opera nostrum in usum Genuæ cōemi, atq; per p̄sentium Exhibitorem Oenipontum aduehi iussimus.

Nos ad eorundem Dilectionib. Deuotionib., et à cæteris am[illegible]
beneuole et benigne petimus, et uolumus, ut eundem ex[illegible]
[illegible]torem cum euismodi ut diximus, Sarcina, illæ quidem
in suarum Ditionen ~~finibus~~ finibus et territorijs.† hij u[illegible]
ro in ijs terminis, quorum ipsis demandata est administ[illegible]
tio uel p̄fectura tam naui quam terra proficiscentem o[illegible]
uectigali, gabella, alijsq; uecturæ grauaminibus liberum
atq; immunem dimittant. Quod ab illorum q̄dē Dil[illegible]
et Deuotiōbꝰ gratum nobis cum primum obtinget, nr̄æ
beneuolentiæ officijs libenter aliqn̄ reconpensandum. cæ[illegible]
ri uero in eo nostræ se uoluntati paruisse intelligent.
Datæ Viennæ 10 Junij Anno. 63°.

† securū ac nullibi impeditū

~~Pa Boriet. Juro Sam~~ ut Lr̄æ Patentes vt duæ Cistæ Serici uilosi
~~Esel trius~~ denipontum reducendæ libere dimittantur

XXV. (98) Quo in statu Romanæ meæ confirmationis negotium
nunc quidem uersetur, q̄ ad me à Sa. Cæs. V. Mtis Orato
re Romæ Agente scribuntur, cum ipsi etiam V. Mti singu
ab eodem sint scripta proculdubiò, ea altius hic non re[illegible]
to. Etenim existimo planè V. Mtem neq; per lr̄as, neq; [illegible]
Pontificis Nuncio (si modo quispiam isthuc ablegetur) q[illegible]
quam esse porrò statuituram, priusq; inter delectos Card[illegible]
nales et Oratorem suum, quæ sint tractata intelligat[illegible]
quàm p̄terea uberior illa informatio, p̄sertim uerò Authen
ticum aliquod Breuis Clementis VII. exemplar ad utru[illegible]
nostrum deferatur; illius maximè habita rōe, quod à
dicto Oratore dicitur, neq; V. Mtem, neq; eius p̄ximè
antecedentes ex Austriaca familia quatuor Kom. Imp[illegible]

tores ratione consecuti Regij diadematis, sumo Pont.
unquam iurasse: Quod ipsum mihi quoque multis et
varijs ex causis ac circumstantijs penitus consideratis
verisimile omnino videtur: Proinde nec inconsultum
fuisset, si nobis antea de his quid certi suppetijsset.
Et quanquam in ea perstem etiamnum sententia ut
Pont. Max.o (quae quidem Sa. Caes. V. Mtas suaserit,
et ipse debeo) reverenter et obsequiose deferam: ap-
prime tamen necessarium duxerim praefatum Comitem
Prosperum à V. Mte litteris illico admoneri, ut eiusmodi,
quas dixi, Informationes Sive Documenta, maxime
vero Breve illud Clementis VII tam ad V. Mtem
quam ad me ijsdem exemplis quam citissime mittat.
Etenim eius Brevis narrata, quin Nobis ad plenam,
cum ante actorum cognitionem, tum praesentium Insti-
tutionem plurimum sint lucis praebitura, apud me nullum
est dubium: Quibus V. Mtas et ipse ego adiuti, quod
ad rem plene conficiendam reliquum est, facilius et
paratius tandem decernamus et statuamus. Quod
ipsum praesertim tamdiu dilatum negotium, nisi eiusmodi
documenta nobis ad manus sint, ad finem deduci nunquam
posse, quantum mea quidem asseguitur ratio, omnino
existimo, ut maxime à Pontifice ad V. Mtem destinentur
Nuncij. Et haec nunc quidem pro filiali et debita mea
observantia et cultu, quin V. Mti significarem, non duxi
praetermittenda. De caetero eidem me V. Mti (25 Viennae
ii Junij. Anno 65°.

Ad Caesarem. de Legatione Romana.

Maximilianus &c.

XXVI 99

Literæ tuæ, XXII et XXVI Maij scriptæ, nobis sunt redditæ, e
quibus non pristinam solum singularem tuam fidem et diligen
in satagendo nostræ Regiæ confirmationis negotio impensam
uerum et prudentiâ eximiam, maturumq; planè consilium q
Ponti. Max. istis de rebus tecum agenti respondendo es usus, be
nignitate summa accepimus, illo potissimum perlibenter audito,
quod eiusmodi tua inquirendi percontandiq; cura et sedulitate
id demum resciueris: Ex quatuor sc. Austriacæ Domus, qui
sese continuo ordine in Imperio sunt subsecuti, Romanorum
Imperatoribus, nullum planè, post adeptam Coronã Regi
am Iuramentum cuiq; Pontifici præstitisse: tametsi Sa.
Cæs. Mti Dno et patri nro colendissimo, et nobis ea de
certo antea constitisse operæ pretium maxime fuisset: Qu
propter prudenter sanè et considerate admodum abs te est act
non eousq; in re progressum te esse, ut definiti quidpiam Ponti
relinqueres, sed ad Sa. Cæs. Mtis et nostrum prius arbitri
deferendum præstitisse. His uero non minus gratum nobis
fuit, quod præterea intelligimus, conquisita tibi esse documen
complura, q nobis plenius erudiendis haud parum emolu
menti sint allatura: Spemq; tibi optimam esse, de BREVI
quoq; Pontificio Clementis VII, quo huius Imperatoris
Dni et Genitoris nri obseruandissimi in Regem Pom
norum Electionem is comprobauit ratamq; habuit obti
nendo. Et quoniam rei maxime intersit Eiusce
di exemplum et q præterea Informationi nræ seruientia ad

manus tibi sunt, ad Nos, quanto citius fieri pt. transmitti, etiam non expectato, dum Pontifex de [illegible] Legatione ad Sa. Cæs. Mtem ablegandâ plenè deliberet; Equidem abs te cum primis benigne cupimus, ut his [illegible] acceptis libris, quicquid eiusmodi penes te habes Scripturarum maximè uero BREVIS illius Aplici Seriem ad Cæs. Mtem et Nos quoq; eodem singula exemplo transcripta, per postam ut uocant in id abs te destinandam tuto transferri illico cures: Nobisq; insuper accurate significes: quademum roe tibi constiterit illos Impp. Albertum Fridericum, Maximillianum, Carolum aug. oes memoriæ aug. et qui nunc rerum potitur FERDINANDVM adhuc Deo fauente Superstitem Juramento se nullo Pontifici Maximo obstrinxisse. Quid item, delecti in id Cardles, de re Porrò tecum consultauerint atq; egerint: qualem tu uicissim erga ipsos te gesseris, quid item responderis: Quibus certe in rebus ampliore Instructione egere te no arbitramur, quem adeousq; sapienter et deliberatè oia hactenus egisse animaduertimus, ut his profecto nihil prudentius meliusq; mandari Pscribiue tibi unq; potuerit. Quæ cum ita sint, eam tuam in Nos Sedulitatem et Pclaram industriam fidelemq; maximè eiusmodi in negotio opam clementer amplexi, equidem quantopere nos ista delectauerint, egregiè tibi aliqn. Sumus declaraturi. Dat Viennæ 11 Junij Anno 63°.

Ad Comitem Prosperu
ab Archo In causa Legationis Romanæ. (Itaq; suam Recepisse.)

Maximilianus &c.

100 Quod a Nobis lris tuis decima mensis huius die scriptis perq. humiliter petijsti ut Mag.cum f. nostrum dilectum Oratorem transylvanum, affinem tuum Nicolaum Stephanum Bathon de Somlio in unum aut alterum diem Niclaspurgum ad te eundem pace nra liceat, id tibi clementer concedimus ut eum et isthuc invitare, et ois benevolentiae officia conferre libere possis, tibi porro et Nostra Benignitate non defuturi. Viennae 13 Junij Anno M.D.LXIII.

Ad Ladislai Keretschem, petitione Regia S. Mtas dat Nicolao Stephano Bathon uaniam Niclaspurgum abeundi

~~Maximilianus~~ &c

Maximilianus alidus, fidelis noster dilectus Diprandus à Gelhorn, cum
101 singulari ea Benignitate, quam à Vra Serte antehac quaedam sua negotia apud ipsam agenti declaratam sibi asserit, hoc etiam tempore nonnulla privato suo nõe eidem Vrae Serti expositum istuc esset profecturus, petijt à Nobis supplex, ut ei, qua à S. Caes. Mte apud V. Sertem commendaret, nra etiam addita commendatione faciliorem paratioremq. ipsi V. Sertem redderemus. Quoniam verò eum nos sponte, uti S. Ro. Caes. Mti Dno et genitori nro Clementissimo et nobis etiam in Bohemiae regno ortu subditum benevolentia iamantea nra amplectimur, neq. minus V. quoq. Serti gratum charumq. esse ex ipso intelligimus, equidem eius in hac re precibus annuimus tanto libentius, Itaq. à V. Serte maiorem in modum cupimus, ut eundem

primum in ijs, quæ apud ipsum aget, Clementer audiat, dein de cætero etiam liberatr complexum ita tractet, ut nostræ se commendationem non parum adiutum, suo comodo, quatenus rei feret occasio, præclarè sentiat, Eo V. Serᵗᵃˢ et pristinæ suæ erga nos benevolentiæ amicitiæq; verè fraternæ officium eximium præstulit, et nostrum quoq; in se amorem sincerum auctiorem multo reddet. Cui V. Serᵗᵃˢ omnium suorū conatuum feliciter à Deo successum ex animo peroptamus. Datæ Viennæ 14 Junij Anno 63°.

Ad Regem Poloniæ. Commendatitiæ pro Diprando à Gelhorn.

MAXIMILIA Nus Dei

102

Omnibus et singulis nris et Sacri Rom. Imp. subditis et fidelibus, omnibus item exteris Dominijs et potentatibus cuiuscunq; demum status aut dignitatis, ad quorum manus hæ nræ literæ pervenerint, amorē, benevolentiam, et gram nostram Regiam amicè et clementer deferimus; Et cum fidelis nr dilectus, pntium exhibitor Antonius de Albertini, suorum quorundam negotiorū in Italiam proficiscitur, secum unum aut alterum equum manu Vicentiam ducturus, atq; in reditu suppellectilem quandam affini suo Antonio Cappæ Musico et Tubicini nro aulico huc allaturus.

Nos ab eorundem Dil. Deuot. et a cæteris, amanter beneuole, et benigne petimus et uolumus, ut eundem Antonium, illæ quidem in suarum Ditionum finibus et territorijs, hij uero in ijs terminis quorum ipsis demandata est administratio uel pfectura, tam nauiquam terra euntem et redeunte uã cum dictis Equis et suppellectile, alijsq; uecturæ grauaminibus immunẽ atq; cõmendatum ubiq; permittant. Quod ab illorum quidem Dil. et deuot. gratum nobis cum primum obtinget, nrã beneuolentiæ officijs libenter aliquando recompensandum. cæteri uero in eo nostræ se uoluntati paruisse intelligent. Datæ Viennæ Austriæ 15 Junij Anno MDLXIII°.

~~Passorieff~~
Literæ patentes pro Antonio de Albertini.

Maximilianus

103 Ad nuptias filiæ tuæ, in dilectæ coniugis nostræ gynecæum receptæ, breui agendas te Magnificum fidelem nostrum dilectum Joannem Pethew de Gyersæ fratrem tuum ualde desiderare, quod is non tibi solum et cæteris ei solemnitati inter futuris amicis et propinquis tuis gratus foret, uerum opera etiam et consilio suo in ijsdem nuptijs apparandis tibi plurimum eet profuturus, itaq; eum pace nra, tantisper, dum illæ peragantur, ab arcis Camaren. administratione sua abesse ut patiamur, ~~sedulo~~ sedulo à nobis petere. ex tris tuis clementer accepimus

Quoniam aut rem eiusmodi ad arctiorem animorum ~~vestrorum~~ vestrorum conuictionem, amicitiamq; et necessitudinem firmius stabiliendam magnopere facere, itaq; ut in ea à Nobis tibi indulgeatur, non omnino indignam intelligimus, Nos eundem fratrem tuum (: siquidem ipse interesse uelit :) ad dictas filiae tuae nuptias ut libere uoces et inuites, tibi nostra pro singulari benignitate libenter concedimus ~~Dat Viennae~~ die De caetero etiam eadem te clementia non destituturi. Datae Viennae die XVI^a Junij Anno 63°.

Ad Steffanum Banffij quod fratrem suum Joannem Pethaw libere ad nuptias filiae suae uocare possit. | Maximilianus 2°

104 Delatum est ad nos T. Deuot^nis ab ijs nris subditis fidelibus dilectis; qui omnium greges nras ad pascuas ad Lacum educunt, eaq; noe tributa arci nrae. Altemburgo Vngariae exoluunt, ouium decimas pter consuetudinem suo libito exigere caepisse. Quae res quoniam et illis non immerito grauis est atq; incomoda, et nrae hucusq; conseruatae consuetudini plane aduersa: Petimus ab eadem T. Deuot^nis perquam benigne, ut eiusmodi insueto decimas exigendi iuri in dictos subditos nros exercendo tempus sex saltem heb-

domadarum supersedeat, dum utrinq; de ista à T. Deuot
p̄ter omnem expectationem inducta innouatione plenius per
guiramus et cognoscamus. Eo T. Deu^tio et officium suae
in nos optimae uoluntatis et obseruantiae nobis etiā ualde
gratum futurū p̄stabit. Dat. Viennae XVI Junij An^o

~~Ad Bischof zu Saabb.~~ Ne, ad innouationē usq; quinq; decimarū à Gregibus ad pascuas eductis, exigat.
Ad Epum Jaurien. Ne, ~~amplius~~ Maximilianus &c.

105 Conquesta est apud Nos perquam humiliter Kunigundis
Ritzin Absolonis Triuart, alias Michaëlis Trenninger
appellati quōdam uxor filium suum fidelem ~~nostrum~~ nrum
dilectum Guilielmum Triuart bonorum quorundam, q̄
maritus eius in Martsche, et sub Comitatu Larasch in
Ducatu Lucemburgensi; item et in pago Wanus in Comita
tu Namurcensi ad fluuium Mosam inter Namurcum et
fluum sito uiuens possedisset, haereditatem p̄ris testa
mento legitimo ad se delatam consequendi causa in
inferiore Germaniam profectum, multa eo nōe incommo
da isthic ferre: ac propterea nrā sibi commendatione ap
Vram Dil^nem ut opitularemur, supplex petijt. Quae res
quoniam eiusmodi sit ut in ea opem mulieri illi ferri
Benignitate solita V. Dil^nis indignum minime sit, cupimus
ab eadem V. Dil^ne, ut uel nri causa, desolatam illā Vidua
eiusq; filium authoritate sua intercedente, ita iuuet
ut q; iure illis debetur, non aegre tandē consequantur. Eo V. D
et pietatis singulare officiū, et nobis quoq; longe

futurum gratiss. pstabit mutua nra beneuolentia liben-
ter aliqn. compensandum. Viennae XVII Junij Anno
MDLXIII.

Ad Gubernatricem Belgicarū
prouinciarum, Parmae Ducissa.

Quo Kunigunda Ritzin filiumq; suum iuuet, ut quod Jure illis debetur, non aegre consequantur

XXVII. 106

~~Maximilianus~~ 2.

Sacratiss. Imperator Dne et Pater obseruā-
dissime, Quanta prudentia, quantaq; pietate,
quàm item uerè paterno in me amore Sa-
Caes V. Mtis meum de legatione Romana negoti-
um curae etiamnū esse sibi patiatur, ex eiusdem
V. Mtis lris XIIII et XV huius mensis ad me et
oratorem suum Romae Agentem datis, pro filia-
li et debita mea in ipsam obseruantia reuerēter
accepi. Quae oīa cum pterea à V. Mtis ita sint
instituta, ut non meae solum authoritati, uerū
et totius interim Sac. Romni Imperij iuri et cō-
modo, ista ratione pclare cosuluisse meritò uide-
atur: sane eiusmodi eius constantem et inde-
fessam sollicitudinem, ipse quidem cōmemorare
et exosculari sat dignè nunq; possum. Mihi
insuper hoc unicè psertim semper conato, ne
à paterna V. Mtis uoluntate quicq; ulla in
re susciperem summae planè fuit uoluptati. quod

ea, q ipse eadem in re dicto ad me scribenti Oratori pa
antea responderā V. Mtis sententiæ ualde consona fui
nunc intellexerim, Quæ qualia sint V. Mtas ex hisce
adiuncto mearum ad illum lrarum exemplo, si libet ple
nius cognoscet.

De cætero illud quoq; pro rei conditione prudentissi
me, quod V. Mtes per eundem Oratorē suum Tridenti
no Cardinali significandum cōmisit. Sunt enim ad
me quoq; qdam eo de Cardinale nuper delata, quæ, si uera
sint, ab eius Patte pter omnē expectationē minimè
grata mihi acciderint. Atq; hæc
quidem Sac. Cæs. vræ Mti à me paterno suo Iure
postulanti his de rebus mea q esset opinio, pro
filiali meo obsequio breuiter expositum uolui. Viennæ
19 die Iunij Anno MDLXIII°.

Ad Cæsarē. lrarū de Legatione Romana
Scriptarū Requisse.

Maximilianus

107 Scripsimus ante hoc sigillatim, quid te in fauorem
et cōmendationē Magnifici Baptistæ Comitis
de Thienis apud Thienis apud Pont. Max.
nro noe satagere uellemus, ut scilicet eum Epatu
aut saltem summa Beneficiorū aliqua in Dominio
Venetorum eius Santas cum nra Intercessione, tum
plurimorum eiusdem Comitis in eūdem Pontf. officiorū
meritis permota donandum ornandumq; curaret, qua
in re cum etiamnū nostra sibi authoritate adesse

idem

idē Comes suppliciter oret: denuo te hortamur et abs te cum primis petimus, ut opera porro tua quæ potes, id negotij promoueas; In eo gratum nobis summopere facturus quibus te, tuaq; oīa clementer comendata esse aliqn. comperies Dat. Viennæ. 20 Junij. Anno ꝯ M D. LXIII.

Ad Comitem ab Archo. Ut Comitem de Thiennis Sum.o Pont.ci commendet.

Maximilianus &c.

108 Quoniam Musico aliquo eximio et perito, quo nro in Sacello Cantore uteremur, hoc tempore opus nobis plurimū fuerit, eiusmodi autē quendam, cuius nomen his inserta ascriptum est schæda, in sacro S. Dn. Pont. Max.i Choro nunc agere nobis significetur: Petimus à Vestris Deuotionibus maiore in modum, ut Reuerendissimorū Sanctitatis eius isthic Legatorum ope et studio intercedente, quæ propterea ab eorū Paternitatibus nostro noīe P. V. D. D. amanter expeti, benignè cupimus, omni insuper sua quoq; ex parte, cura et diligētia adhibita satagant, ut dictus Pontificij Sacelli Cantor paterna eiusdem S. D. Pont. Max. beneuolentia nostro usui concedatur, et bona eius Sanctitatis pace ad nos cumprimum dimittatur. In eo illorum quidem Rmæ pater.tas optime in nos suæ voluntatis indicium pclarum, ex quo nrā etiam in ipsas beneuolentiæ haud parum accedet, exhibebunt: Vrā Deuot.nes non minus nobis gratū, q3 pristino illo suo in Nos studio dignū pstabunt officium cuius pterea pro benignitate nrā, cur res feret, non erimus inmemores. Viennæ 25 Junij Anno ꝯ 63°.

Ad Archiepum Pragensem et Epum Cuniq; ecclesien ~~siensem Imperatoris in Comitio Legatos~~

Vt ope Legatorū ibidem Pont.lis Musicus ~~[illegible]~~ quisdā eximius è Sacello Sum. Pont. bona pace dimittatur.

Maximilianus &c.

XXVIII. 109 Binas tuas quinto et octauo huius mensis die ad nos scriptas perbenigne accepimus, atq; ex ijs simul indefessam istam nostro in negotio fidem et sedulitatem, quae sane abs te nobis tanto contingit optatior et opportunior, quanto plus nobis curae eiusdem est negotij, confectio. Quapropter hanc quidem abs te diligentiam in omnibus, quae ad nos spectant perscribendis, multa benignitate amplexi, abs te etiamnum Clementer petimus, eandem ut porro diligentiam dum res ad finem tandem optatum deducatur nobis gnauiter impendas; id quam te pro tua in nos obseruantia sponte contendere, et pro spectata tua prudentia nosse minime diffidimus, aliquando et haec et alia tua complura obseruantiae in nos tuae officia pergrata nobis fuisse, p̄clarè contestaturi. Datae Viennae 28 Junij Anno MDLXIII

Ad Comitem ab Archo-
lra p ad Legationem p̄linentium
Recepisse.

Maximilianus &c.

Quoniam Nobis Joannes Maria Fonatur de Schledo
110 Dilnib in agro Vicentino subditus, ob vulnus quoddam Nicolao Michaëlis Bornati de Comedo, in se armato irruenti, inter rixas mutuò obortas, illatum, ex quo idem Michaël paulò post interijsset, iampridem patria se à Vicentino Magistratu in perpetuam fuisse proscriptum

supplex significasset, id quod extremo suo interitu, p sertim rebus domi suae interea misere collabentibus, hucusq; tulisse ac propterea nostra se commendatione apud Dil. Vram atq; illustre istud Dominium eousq; iuuarj, ut ei in quinq; saltem annos, quibus res suas omnino deploratas, paululum reficeret, libere isthic commorandi facultas siue saluus conductus ab eadem V. Dil.ne impetraretur, demisse Nos admodum orasset, Nos aut non tantam delicti atrocitatem esse intelligeremus, quae non ueniam aliquam uel mitiorem saltem poenam mereretur. Rogatos tam V. Dil.ne quam dictum Illustre Dnium etiam atq; et uolumus, ut uel solida sua aequanimitate usi, ut nostra quid intercessione moti, dicto Joanni Mariae quinquennalem eum à se tantopere petitum saluum conductum non ita aegre concedant, quin illius saltem fortunis, uel una hac ratione parumper consuli patiantur: Erit id nobis cum uehementer gratum, et augendam pristinae nrae in V. Dil.nem et ampliss. istum Senatum, beneuolentiae paratiores nos multo reddet. Bene ualeat Dil. Vra. Viennae 29. Junij Anno 63.

Ad Ducem Venetum

Vt Joanni Mariae p Quinquennium saluum conductum, et domi suae adesse concedere uelit.

Maximilianus

Maximilianus. Quæ præter lrãs ad nos xv. Aprilis die scriptas pro
optima sua in nos voluntate V. Ser.tas per præsidem
iii° Biragum Secretiorem suum Consiliarium Virum
prudentiæ et virtutis eximiæ significanda nobis cõmi
serat, ea sane fideliter et accuratè ab ipso relata
perlibenter accepimus; Quæ aut eidem Vrã
S.ti responderi nrã ex parte visum sit dicto Bira
go plenè declaravimus; nihil plane diffisi, quin
is eadem et fide et sedulitate V. S.ti singula sit ex
positurus. Ipsius certè Biragi adventus gratus
nobis admodum fuit, quem et ob singularem
eius dexteritatem pbenigne complectimur. De
cætero V. S.ti, quam salvã et incolumẽ diutiss
me conservet Deus, oia syncerì fris et cons
guinei officia pamater deferimus. Datæ Vie
næ Austriæ Vltima Junij Anno MDL

Ad Regem Franciæ, Carolum. lrãs, et q̃ præterea p Biragũ Consiliarium
suum significanda duxit, Recepisse.

Maximilianus. Redditis, quas à V. S.te ad nos scriptas acceperat
literis, præses Biragus Intimus Regij Senatus
ii2. Consiliarius, q̃ præterea nobis exponenda ab eadem
V. S.te in mandatis habuerat pdiligenter retulit
suam in eo fidem et erga V. S.tem studium
egregie contestatus. Quapropter ipsum

quidem libenter auditum perbenigne excepimus, et eidem q̄ V. S.ti
nr̄a ex parte responderet abunde significauimus. Quod reliquum
est, quæcunq̄ ad pristinam illam vtriusq̄ nostræ familiæ necessit
dinem et fraternam coniunctionem perpetuo et candidè alen=
dam et conseruandam pertinebant, ne in nobis quicq̄ desidere=
retur sedulo curabimus, omnem insuper V. S.ti foelicitatem
à Deo immortali ex ãro poptantes Viennæ Austriæ ultima
Iunij Anno ꝑ MDLXIII.

Idē Ad Reginam Franciæ Catharinā

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg